



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Vita Et Gloriosa Passio, S. Nestoris, Episcopi Pergensis, ex ea quæ est apud Surium, ex antiquissimis Martyrologijs. Martyrio occubit. Anno Christi 254. Sede vacante. Decij Imp. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

afum ad se accedentem, & graui cum ira cuida  
tichaēli iubentem, vt strictū ensem in viscera  
ius fortiter vibraret. Ille verò iussi morem ge-  
rens gladio Imperatorem transegit. Hęc visio cū  
luperarem in summas angustias impelleret, vt

Led Impē-  
rator Leo-  
nomachus  
sub morte  
quid vide-  
rit.

visionis vēritatē anteuerteret, Michaēlem illū,  
in sancti monasterio diligenter inquisiuit: & mul-  
to monachos carceribus & tormentis subiecit,  
dicens: nocturnū eius interfectorē, pér eos si-  
bi esse indicandum, quēm etiam vt imperij euer-  
sorē, extrema quāque passurum fremens mina-  
barū. Cogebat enim metus visionis, vel inuitum  
monachis cunctā narrare. Vix sex dierū spatiū  
intercesserat cūm visionis veritas adimplēta est.  
Nam Michaēl eum interfecit, & sceptra ab eo im-  
periū extorsit, posseditq. Sed tempus me deficiet,  
sc̄ cuncta præclarī & diuini Patris miracula nar-  
nare velim; quarē quōd reliquū est, nos eius virtu-  
tibus & fide excitati, pari studio & diligētia hēre-  
ticū profligare, & pietatem ac fidem sinceram,  
contra hēreticorum perfidiam ac rabiēm, tueri  
conemur.

Michaēl  
Balbus, Leo  
nem interfec-  
tit.

VITA ET GLORIOSA PASSIO, S. Vide Cæs.  
Nestori, Episcopi Pergensis, ex ea qua est apud Su-  
Baron. Ann.  
rum, ex antiquissimis Martyrologijs. Martyr-  
io occubuit. Anno Christi 254. Sede  
vacante. Dec̄y Imp. II.

**E**x eorum, cælestium planè athletarum, nu-  
mero, qui Decij tyranni tēpestate viriliter  
cōtra vim ac potentia dæmonum decerā-  
runt non insimus est beatissimus Nestor, qui Epi-  
scopali munere fungens, tanta fide & religione,  
tanta humilitate & modestia emicuit, vt ipsi eti-  
am Irenarcho vita & conuersatio ejus esset for-

Ddd midas

Nestoris vi- midabilis, nec literis tyrannicis apud illum ag-  
tam etiam re, aut illi se opponere auderet. Erat tum in Pa-  
renarchus phylia, Praes Pollio, qui Christianos ad edam  
veretur. Martyres in idolis immolata, compellebat. Passi sunt in  
Paphylia beati martyres Papias, Diodorus, Comon & Ca-  
sub Pollio- dianus. Porro Irenarchus communicatio cum his  
ne Præside. consilio definiuit, Nestorem ante omnes compre-  
hendendum esse, aliter enim dicebat adulterare  
Christianos nunquam præualebimus. Hoc cum  
Nestorem minimè laterent, pro commissione  
grege vehementer sollicitus, pro severitate  
nocte ac die in domo sua, tanquam bonus pater  
Dominum precabatur, ut gregem à luporum mor-  
ibus præseruaret.

**Cingitur ab hostibus, dominum eius vndiq; circumdat;** Interim quidam ex ciuib; nequiti& impro-  
vnu magnis vocibus Nestorem vocat. Qui com-  
pletis precibus foras ad eos egressus, ab illis re-  
uerterat satis submissio capite honoratus est. Qui  
bus Nestor, Ecquænam, inquit, filioli causa est, ob  
quam huc ad nos accessistis? Responderunt illi.  
Omnis curia vocate. Ille itaque signo crucis  
muniens, placide admodum ees sequebratur. Vbi  
autem in forum ventum fuit, protinus ab omnib;  
curia honorifice salutatus, fuit inter alia sub fel-  
lia, in thronum satis magnificentum collocatus.  
Cumque Nestor cur isthuc facerent, quereret: il-  
li responderunt. Facimus hoc pro dignitate, nam  
tua vita & conuersatio sic meretur. Ille vero se-  
tis, inquit, mihi haec tenus honoris habitum effici-  
cire iam, cur me accersiri volueritis. Tum Irenar-  
chus: Nostri, inquit, Domine edictum imperato-  
ris? & Nestor, Ego, ait, præceptum non Imperato-  
ris, sed omnipotentis Dei noui. Cui Irenarchus  
Assentire, inquit, nobis, Nestor, prompto, & tra-

**Confignat se cruce.**

**Constanter respondet Irenacho.**

in animo, ne ad tribunal iudicis voceris.  
Igo vero respondit Nestor, cælestis regis præcetus & voluntati assentior. Tum Irenarchus: Cer-  
te, inquit, dæmonium habes. Immò dixit Nestor,  
utinam à dæmonibus vos immunes essetis, nec  
dæmones coleretis. Itanè, inquit Irenarchus, ho-  
mo importunissime, aulus es Deos nostros dæmo-  
nes appellare? At ego apud Præsidem efficiam,  
tormentis adactus, eos veros Deos esse confi-  
tearis.

Sanctus Nestor, cum crucis signum sibi impref-  
ficeret, quid tu, inquit, mihi tormenta minaris? E-  
go neque tua, neque Præsidis tormenta quidquam  
timeo, sed ea qua mihi Christus Deus meus mi-  
tetur. Porro Irenarchus, Pergam statim, cum Ne-  
dote profectus est. In ipso autem itinere martyr,  
excitato subito terramoto, & voce calitus ad e-  
um dilapsa, mirificè ad certamen est confortatus;  
ad eo ut tribunali Præsidis Pergæ, ab Irenacho  
oblatus, vultu oculisque, mirabilem animi forti-  
tudinem declararet. Præses vero, cum de nomine  
Illi suo percunctatus esset, & ille se Christianum  
esse, ac Nestoris nomen obtinere respondis-  
se, pone, inquit, dijs thura, & ego te honoribus ac  
diutius auctum, sacerdotum nostrorum princi-  
pem constituam. Tum sanctus martyr sublatis,  
cum eximia pietate, ad cælum oculis, cruce se si-  
gnauit; & conuersus ad Præsidem dixit: Etiam si  
vix corpusculum hoc tormentis subijcias, si  
vincula, si bestias, si ferrum adhibeas, nunquam  
ente adduci potero, ut nomen Domini mei, su-  
per omnia benedictum, perfida negatione con-  
culcem.

His dictis, iussit eum Præses in equuleo suspen-  
sum, crudelissimè torqueri. Nec mora, ministri  
Ddd 2 furore

Cruce se si-  
gnat.

Ducitur ab  
Irenacho  
Pergam.

Præsara  
martyris-  
confessio-

792 VITA ET PASSIO S. NESTORIS

Torquetur atrocissime. furore crudelitatis armati, latera ferreis vngulis  
immaniter secant, & costas carnibus nudant, ad  
martyr tantis tormentis foedantis, vel potius iu-  
natus, voce iucunda Domino psallebat, adeo  
Iudicem in maximam admirationem & penitentiam  
stuporem traheret. Cum autem turba horrenda  
clamoribus, ut cum Praeses è medio tollereret, ro-  
ciferaretur; Visne, dixit, Praeses, dijs sacrificare,  
& esse nobiscum? an mauis adhucere Chirillo  
crucifixo sub Pontio Pilato; Cui sanctus martyris  
in Christo bene confidens respondit; sceleratissime  
fili diaboli, non modo tu Dei confo-  
ctum non vereris, sed me quoque ad eandem  
sceleris communionem pertrahere conaris?  
Cum CHRISTO Deo meo semper fui, & sum,  
& ero.

Crucifixus  
martyr, cō-  
firmat Chri-  
stianos.

Videns itaque Praeses, insuperabilem animi  
eius constantiam, crucis eum sententia damnau-  
it. Fuit continuò impiorum manibus cruci af-  
fixus, è qua tanquam è cathedra Christianos do-  
cebat, atque in fidei constantia confirmabat.  
Cumque omnes perfusi lachrymis, ab eius ore  
penderent, tandem viribus exhaustus, Filioli, in-  
quit, oremus & flectamus genua ad Deum, per  
Dominum nostrum Iesum Christum. Omnibus  
autem in genua prouolutis, & simul ipso de cru-  
ce orante, cùm dixisset, Amen, obdormiuit in  
Domino.

Vide  
Czsl. Baron,  
Tom. 5.  
Annal.

VITA S. PORPHYRII, EPISCOPI GA-  
LATI, ex ea, quam Marcus eius minister & familiaris,  
prolixè admodum conscripsit. Extat apud Ma-  
taphrasten. Claruit anno Christi 398.  
Anastasij Pape I. Arcad. &  
E' Honor Imp. 4.